

inrequiem meam; Vnius ergo sententia volunta-
tis vnus excellentia potestatis est X .

Et fortasse tamen aliquis dicere . hoc exemplū
non posse ad proprietatem sc̄i sp̄s d̄riuari . nisi
alio loco p̄crus apostolus nos docuisset . peccatis
nostris etiam sp̄m posse temptari; Sic enim ha-
bes ad ananiam coniugem dictum . Quid utique
conuenit vos temptare sp̄m d̄ni . Et enim d̄ni
sp̄s . ipse est d̄i sp̄s . quia vnus est sc̄s sp̄s . Vt etiam
paulus apostolus docuit dicens . Vos autem in
carne non estis . sed in sp̄u . si tamen sp̄s d̄i inhabi-
tat in uobis; Siquis autem sp̄m xp̄i non habet .
hic non est eius . Premisit sp̄m d̄i . et statim sub-
didit . eundem esse sp̄m xp̄i . Et cum dixisset de
sp̄u . ut intellegeremus . quia ubi sp̄s sc̄s . ibi et
xp̄s est . addidit . Si autem xp̄s in uobis; Deinde
quomodo hic intellegimus . quia ubi sp̄s . ibi xp̄s .
Ita etiam alibi ostendit . quia ubi xp̄s . ibi etiam
sp̄s sc̄s sit; Nam cum dixisset . Numquid expe-
rimentum queritis eius . qui in me loquitur
xp̄s . Alibi ait . Puto enim quod et ego sp̄m d̄i